

P V I S

1 6 1 1



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ecc 50.

BARPTOLE, MÆIBILOVII

EPIGRAMMATVM

LIBELLUS XXIV.

In Symbolum Magnif. & Nobiliss. Com. Pal.
Barptolomai Bilovij &c. amici sui.

HUMANIS opibus quæ nititur, irrita Spes est;
Spes sola in Christi sanguine fixa, beat.
Hanc nō evertet vis tota Acherontia; Nō fors
Ingeminans diras ore fremente minas.
Omnia Spes vincit, PATIENDO, pericu-
la: Qui vis

Vincere, disce DEO FIDERE, disce PATI.

M. Joan. Friderichus Fr. Aristotel. Philo-
sophiae Prof. P. in Ac. Lips. P.L.



MAGDEBVRGI,

Typis Andreae Dunckeri.

ANNO M. DC. II.

A. V.

REV. CL. ET DOCTIS-

SIMIS VIRIS , D N. M. JOANNI

Mestnero, Poëta Cæsariâ Lauru Coronato, &

Ecclesie Saganensis Pastori:

E T

D N. M. JOANNI STRALIO BEROLI-

nensi Scholæ Saganensium Rectori, amicis &

hospitibus suis colendis S.P.



Vm ex Italia reversus fuissim ante annum
Saganum, ob loci amoenitatem, & amico-
rum abundantiam apud vos per æstatem
commoratus fui. Et quia sæpen numero
Musis meis me oblectabam, & Epigram-
mata quædā interdū horis subcesivis ad amicos lude-
bam, quædam illorum inter cartas meas hinc inde dis-
persas nunc collegi, & in volgus emittere volui. Cum
autem de fautoribus, quibus potiss. illa sacrarem & in-
scriberem, cogitabam, vos, viri doctissimi, soli obcur-
ristis. Enim, ut verum fatear, me peregrinum omni-
bus humanitatis & hospitalitatis officijs adfecistis,
quorum memoriam qualicunq; Musarum monumento
erectam existare volui. Quare hosce ingenij mei fetūs
solitis benivolentiæ vestræ jndicijs excipite, mihiq; fa-
vere numquàm desistite. Valete. Stendaliæ Palæo--
Marchicorum Mense Febr. Anno DomInICO.

Barpiolemaus Bilovius à Bilovu, March.

Sacri Palatiij Comes.



AD M. IOANNEM MESTNERUM

Svidnic. Sil. Th. Sagan. & P.

Cæs. L.



Nclute Castalidum, MESTNERE,

DEIq sacerdos,

Divite Phœbœ floride messe boni:

Candida Marchiacis te Musa salutat ab

Bilovij, Clarijs non sine muneribus. (oris

Quæ mihi blandisoni ripas dictavit ad Hebrei

Pieris, hac data sunt paucula metra typis.

Quæ duraturum dum testabuntur amorem,

Non dirimat nostram livor amicitiem.

Cæsariâ, Vir Clare, diu florere coronâ

Innumerisq sinat te lova ut, opto, bonis.

Ad M. Ioannem Stralium Berlin. March. Sch-

Sagan. Rectorem.

Egregium, STRALI, finxit tibi nomen Apollo,

Ede polo men inest, nec ratione caret.

Sicut enim Phœbus radios diffundit in orbem,

Et splendore foveat cuncta creata suo:

Haut aliter mentis radios diffundis, Et artis

Lumine amatores artis Et ore foves.

A A

Perge

*Perge diu ludum lux illustrare docendo,
Obfuscet radios ne precor ulla dies.*

Ad Rhodomellam.

TU veræ nill laudis eges, **RHODOMELLVLA**
laude

*Clara per Eoas Hesperiasq; plagas;
Ipse licet vario quavis te luce celebrem
Carmine, nulla meæ gratia laudis erit.
Ad crescat scribitis tua laus ut fulgida nostris,
Te mea non illo nomine Musa colit.
Emineant rutilante tuo quò lumine libri,
Caligo noctis quos tegit atra mei.*

Ad Nicolaum Reusnerum Com. Pal. I. C.
& P. C. &c.

PRIMUS honor vatum, queis Marchia prisca
superbit,
*Laureolam magno CAESARE dante tuli.
De propriis finxit cui nomen Apollo sagittis,
Fama secunda tuo munere ferta gerit.
Cui REVSNERE faves, longè felicior ille,
(Nempè poëtificus quem favor ornat) erit.*

AD M. LAVRENTIVM BRVSCHIVM
Egranum, Eccl. Neunburg. Past. & vi-
cin. Inspect. De puellâ Ennea-
pyrgensi ad Silvam Ga-
bretiam. Defis

DEsipit, humano referet qui sanguine cretam,
Est Dea, quam Musæ progenuère novem.
Hanc quicunq; videt, forma miratur honorem,
Vocis & ingenij gaudet amare decus:
Suspiciens vivos oculis jaculatur amores,
Eius & ad tonito gaudia suadet odor.
Vix erit huic similis formâ, pietate, pudore,
Unica de Nymphis Enneapyrga tuis.
O flore dilecta meis virginula Musis!
Lux & amor Nymphis, lux es amica viris!

Ad Matthæum Zeisium Med. D. & Prof.
Phys. in Acad. Marchicâ.

CRedula sæpè bonum suspicio fallit amicū:
Qui bonus est, semper svevit amare
bonos.

Ioanni Clapio Saganensi P. L. in Vngariam
Proficisci enti.

NObilis ad fortis, CLAPI, proficisci eris
Hunnos,
Cum Barone, lues qui cupit esse Getis.
Quidpe Professor eris Verbi manantis Olympo,
Officium vatuum quod vocat autor onus.
Te premet interdum quamvis fera sarcina verbi:
Tesi net hanc dubiam clade perire Deus.

Vade revisurus patriæ oblectabilis oras,
Latus & exactis mensibus adfer opes:
Exhilara q̄ tuam optatus cum conjugē prolem,
Quā feret obreditum gaudia lata tuum.
Ad G. Martinium à Baldhōsen/ Sag. Sil. P. Cæs.
L. De Gelomelā.

Docta canit GELOMELA melos peramabile,
rīsa
Te beat: excellens hinc ea nomen habet.
M. Procopio Nassovio Reip. Sittav. Consuli
& Synd.

Magnus es, & magnum Sittavia magna ce-
lebrat,
Suspicit, & magnum qualibet ora virūm.
Quin tua ad Antipodes sapientia magna recurrit,
Nominis & famam novit uterq; polus.
Sapiùs in vitium virtus mutatur amica:
Quiq; sapit nimium, despere ille solet.

Ad Rhodomellam.

Corpore qui non est præsens, est pectoris absens
Lumine, cœu veterum dicta vetusta probat.
Ast hoc de nobis verè Rhodomella loquetur
Nemo, nisi integræ sit rationis inops.
Nam q; magè ipse absens quò sum, tāto magè præsens
Mente, nec immemor unquam potero esse tui.

Ad

Ad Boberam Sil.FL.

Moenia formose qui praterlaberis urbis,
Quæ Scythicis fertur nomen habere Sagis.
Occule Bobre meos, quorum tu conscius igneis,
Quos ego nunc cogor deseruisse miser.
Ardentem penitus flammag, vorace crematum
Mirè me reficit fluminis unda tui.
Tu veluti dubijs jactaris curibus undæ,
Gaudiag, incerto tramite multa vehis :
Ardor amatorum dubio sic fluctuat æstu,
Gaudiag, incerto tormine certa vehit.
O dilecte meis, dum ludent, Bobre Camenis :
Curre, meiq, memor sis ut amoris, habe.
Ad Balthasarum Tilesum Sagan. Poëtam
Insignem, LL. Stud. in Acad.
Cattorum.

HESSVS ait, melius fingant quod carmen a-
mantes,
Quam reliqui, Cyprio qui minus igne calent.
Et verè : taleis quoniam subtilior adflat
Spiritus ; ut cannâ liberiore canant.
Cur igitur tibi non virtutis & artis amicam
Elgis, & nomen fingis ab arte Dea ?
Exornasq, illam meritisq, metrisq, politis,
Filius ut clarum fiat in orbe decus ?

A 4

Tale

Cæl.
bile,
li
ace-
rum.
rrit,

sens
obat.
esens
ui.
Ad

Tale saganus olor nomen MARTINVS amando

Nactus : vix aliustale Poëta gerit.

Florida fecundis dum servit amoribus etas,

Nympha Medusæos fac tua plantet agros.

Sic tandem noster sic amplificabitur ordo,

Qui leve Acidaliâ volnus habemus acu.

In Album Henrici V Valteri Sagan.

P. L. Cæs.

Laurus in aeternos ceu floret amabilis annos,

Florida ceu viridi silvula vere viret :

Sic tua Pierio florescat Pieris ævo,

Floreat & nostræ fædus amicitia.

Ioanni VVidemanno Sagan. N. Publ. Cæs.

& Reip. patr. Poligrapho.

Sen' ubi Phœbèos bis traxerit hora jugales,

Prandia cum fuerint lauta peracta tibi:

Si tibi non fuerit tunc, sicut spero, molestum,

Invisam musas, candide IANE, tuas.

Sermones tecum varios conferre licebit:

Non Cereris, Clarias sed dabis ipsius opes.

VITÆ MANE vire, vireat tua Musa, domusq;

Haut vellem socio candidiore frui!

De puellâ quadam St.

OB mores, essem major si etate, paterno

Te mihi non esset gratior ulla solo.

Non

do
Non tua concedit socios etatula amores:
Interea in longos vive puella dies.

Ioanni Frencelio Sagan. S. Th. & Poës.
Stud.

Sic est! transcribta celi Frencelius aula est,
Sidera qui facili carminis arte ferit.
Tu qui nomen idem geris, & mysteria Phœbi
Discis, Apolliniam tangere perge lyram.
Carminibus sic, Jane, tuis Frencelius alter
Et generis surges gloria prima tui.

Ad M. Ioannem Mestnerum Th. Sagan.
& P. L.

QVam merita est tua Musa diu, MESTNERE,
coronam,
Laureolam imponam, Nume dante, Tibi.
Candida nam tua mens, & candida Musa virebit,
Florida dum vatuum gloria Laurus erit.

Ad M. Ioannem Stralium Berlin. Sch. Sag.
Rect. Hospitem col.

INtenebris sedeo, sed non sine lumine STRALI,
Solus ego sedeo, solus & haut sedeo.
Lumine non careo, dum lumen Apollo ministrat:
Nec solus sedeo, dum mihi Phœbus adest.

Ad Valentimum Langhans Sag. Patr.
Sch. ConRect.

Jr.

Nen



Ingenio, candore vales, pietate, fideq;
Carmine, docte VALENS, moribus, arte vales.
Ut, quâ dote vales, per tempora longa fruari,
Ut valeas, validus det rogo favatibi.

Ad Barptolemæum Seidelium Sagan. Patr.
Sch. Cantorem & Musicum.

Derident mirâ juvenes levitate puellæ,
Quos tumor & ventris cœca libido trahit.
BARPTOLEMÆE, latent polcro sub
corpore nævi:

Stultitiam risu prodit amica suam!

Epitaphium Annæ Garcææ, M. Ioach. Buchol-
ceri Brandenb. Conjugis.

Hec Bucholceri conjux jacet Anna sepulta,
Iano Garcæo que patre nata fuit.

Dogma Dei curæ fuit ipsi & cura mariti:
Quando fuit pestis tempore fida viro.

Spiritus innixus fidei migravit ad astra,
Et fruitur meritis, Optime CHRISTE, tuis.

Henrico Pridmano Sagan.

DAphneam tibi cur frundem, PRIDMANNE,
recusem,

Si tua Pieridum carmina præses amet?

Ad M. Ioannem Mestnerum Svidnic. Sil.
P.L. & Eccl. Sag. Past.

Exor-

Exornare cupis niviâ qui mente Poësin,
MESTNERE, & vatum corcula fida colis:
Censueris Lauru dignos quoscunq; Poëtas,
Ad tua, de Lauru sertula, vota gerant.
Ad M. Ioannem Stralium, Sch. Sagan. R.
amicum opt.

NVlla fides, STRALI, regnat dilectio nulla,
Non homini & Jovæ fidit inanis homo.
Aureolos multi fvescunt promittere montes,
Ast patet in dubio tempore rara fides.
Aspera dū fors est, hominūq; juvamina cessat,
Fautor erit, qui non ore, sed ære juvat.

In nomen Gasparis Lycandri Sagan. Eccl. Eckersdor-
fianæ in agro Sag. Paſt.

Qvandò, LYCA ND RE, lupos Christi dispellis
Sufficiens Iovæ pabula sana gregi: (ovili,
Digna viro, virtute valens ac robore, præfas,
Egregiumq; boni nominis omen habes.

Ad Balthasarum Cornerum Sagan. S. Th. &
Poef. Stud.

TVCORNERE mei non infima portio cætus,
Quem mihi Phæbèo glutine junxit amor:
Carmina Castilio tua sunt conspersa liquore,
In Natalitium quæ mihi missa decus.
Adjunxisse sacris studiis modò perge Poësin:
Sic vehet in celsis te bona Famarotis!

Ioanni Frencelio Sagan.

Quæ

Quæ te FRENCELI produxit Sagna Poëtam,
Meq; aluit longo tempore grata mihi:
Hæc linquenda mihi magno non absq; dolore,
Et tot in infaustos vix revidenda dies.
Mæstiter abscedo, dum linquere cogor amicam,
Cujus amans amens gestit ab igne mori.
Sed magis excrucior, quod linquere cogor amicum,
Quo quid candidius, non video esse queat.
Mens firmata minus crebro mutatur amica:
Ast animus constans floret, amice, tuus.
Verba puellarum sunt rerum pondere cassa:
Verba puellarum mobiliora Bebro.

In Poëtastrum.

Si cupis æterni genitoris dogma docere,
Scandala des alii ne levitate vide.

Barptolemæo Seidelio Sagan.

In videant quamvis multi tibi munera Divum:
Invidiam cures, Barptolemæe, nihil.
Qui caret invidiæ, caret & virtutis amore;
Quiq; caret Momi morsibus, arte caret.
Tu magis insurgas musis, & fortius instes,
Major eris, cum te tempore Fama uehet!

In Album Henrici Pridmani Sag.

Qui

QVI PRID MANE vales laudanda munere
venæ,

Et paris Aönio carmina grata choro:
Exime te tenebris, & celsis insere celis,
Sic q. Poëtarum gloria cara tibi.
Sic tibi virginij polcro de culmine Findi
Multiplici fame copia laude fluet.

De Epigrammatibus G. Martinij, Ad
Lectorem.

Hec ad sis qui salsa probas Epigrammata Lector,
Carmina MARTINI tintæ lepore legas.
Bibilici vatis felix est æmulus: omnem
Spurcitem in primis Musa pudica fugit.
Argutâ brevitate movet, recreatq. legentem.
Delectat, nervos si breve carmen habet.

Ad Amicum.

AD cenam veniam quo, poscis amice: paratus
Non opus est ullo, deliciisq. cibi.
Si præsens aderit roseæ præstantia Mulsæ,
Oro velis paucis significare notis.
Ad properabo citò celeri perniciose Euro:
Exhilarans aderit Nectar & Ambrosia.
Ad Vincesilaum Persium Oderberg. Sil.
LL. & Poës. Stud.

Qui

QUi nostros urges, ambisq; colisq; labores,
VINCES IL AE, me & germen Amicitia;
Mitto cothurnati tibi carmina colta Poëta!
Auctoris nomen queris? ABELVS erat.
Eximiam palmam dum præripit arte Poëtis
Ille alius, rebus metraq; onusta canit:
Illius meritò Musas pervolve legendο;
melle imitare fluens non sine fruge melos.
Musa fovet, quæ serpit humi, vix semina lau:
Mixta fluēs placidè cū gravitate placet. (dis:
De Rhodomella Virginum præstantissimā, &
animi requie.

Candidior non est Rhodomellā virgo sub orbe,
Hæc est alma salus, noxq; diesq; mea.
Ora rubent quare? prodit rubor iste pudorem,
Lumina sunt tamquam sidera in arce fœvis.
Hæc inter Nymphas fulget, ceu splendet Olympos
Cypridis exsuperans sidera perva jubar.
Hæc mihi mentis erit requies: sanabitur ejus
Pectoris omne mei volnus amantis ope.
Hunc si nactus ero portum: felicior ab non
A superis donum majus habere queo.

AD MELISSAM PUELLAM INL
& Nob.

Tres

Tres quondam Charites falso finxere Poëtæ?
Quarta MELISSA meo carmine tu Charis
Pingere si formam deberer pictor, adustus (es!)
Aradiis oculos perderet ipse suos.
Si RHODOMELLVL A Te caperem: ah ca-
perem omnia! in orbe
Si caperem præter te omnia: nil caperem!
IN EPIGRAMMATUM LIBROS
DN. BARPTOLOM AEI BILOVII
á Billov Poëtæ Nobilis &c. Iocus de
Rhodomella.

Quo riuapertexas Epigrammata, culte Billovi
Promta tibi ex triplici Vena calore favet.
Nam tibi Sponte sua manat facundia labris,
Insidet his Genij Svada, styliq; fluor,
Qui pleno rerum sc ex flumine rumpit, ut alveo
Arcta suo includi in vincula fortè negat.
Sed Rhodomella suum dum suscitat igne Poëtam
Indignata animo est, scriptaq; longa vetat.
Contrahe, ait calatum, thalami ne longior obster
His mora, quei's parili cor sub amore reum est.
Annuit ecce libens Epigrammata crebraq; fiunt,
Contrahere ut flumen Mu faciæcta suum est.

Henr. Bolschenius. J. V. D. &
P. C.

Bilovio

Bilovio citharam Phœbus dedit, aula coronam
Cæsar is, & veræ nobilitatis opes.
Inde Palatinus, qui magni Antenoris Vrbem
Incolit, hunc Comitem fecerat esse Comes.
Ergo Palatini Comitis, magni q̄, Poëta
Floret & in niveo fama triumphat equo.
Hic Vir hic est (dices) cui talia dona : sed audi,
Si Deus adjiciat dona, BEATVS erit.

M. Ioh. Mestnerus verbi divini Minister Sagani, P. L.
in Symbolum Magnifici & CL. V. Dn. Barptolemæi Bilevii
a Bilovv, C.P. Eq. Aur. Civis Rom. &c. Promoto-
toris sui colendi.


Spes mea Christus erit: Durum patientia vincet.
Spes hominum vanas detestor, & integer actæ
Vita, spem foveo, quæ medicina mali est.
Non qualem tumidis tenuit Leander in undis,
Qui superaturus spe sua damna, perit.
Nec quâ subnixus tranavit ad athera vectus
Alite Bellerophon: Spes ea origo mali est.
Hanc volo, quæ Christi firmata est robore: quæq;
Præstò mihi est, cum me sors inimica rotat.
Cumq; infinitis vesana latratibus urget
Cura cor, & requiem respuit; hanc cupio.
Quamq; suo foveat amplexu patientia, durum
Vincens. Ergo nihil, spe duce, triste mihi est.

Georg. Schönbornerus Silesius P.
L, & N. P. Cæs.

Ia 2400

ULB Halle
003 919 226


3




5b.

WA

me.



Farbkarte #13



BARPTOLE, MÆIBILOVII

EPIGRAMMATVM
LIBELLuS XXIV.

In Symbolum Magnif. & Nobiliss. Com. Pal.
Barptolomai Bilovij &c. amici sui.

H umanis opibus quæ nititur, irrita Spes est;
Spes sola in Christi sanguine fixa, beat.
Hanc nō evertet vis tota Acherontia; Nō fors
Ingeminans diras ore fremente minas.
Omnia Spes vincit, PATIENDO, pericu-
la: Qui vis

Vincere, disce DEO FIDERE, disce PATI.

M. Joan. Friderichus Fr. Aristotel. Philo-
sophie Prof. P. in Ac. Lips. P. L.



MAGDEBURGI,
Typis Andrea Dunckeri.

ANNO M. DC. II,

A. V.